

liotheca ait, luce publica dignissimum.

CLXXXI.

- U. 125 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 267. 4. currente calamo perscriptus hanc Notam praefert: *Hunc librum testatus est pro libraria collegij Ducalis in Vienna M. Petrus de Pulka doctor sacre theologie, cuius anima requiescat in pace. De hoc Viro nos saepius, et Pars I. Scriptt. Univ. p. 95. Habetur vero hic ejus Lectura super Lucam incipiens a Prologo illo: Lucas syrus natione, antiochensis &c. et definens in Canones IV. Evangelistarum cum Praemonito, quod incipit: Quidam doctores antiqui circa ewangelia studiosi quorum primus fuit ammonius alexandrinus, secundus tasanus iustini philosophi et martiris discipulus, tertius uero beatus Jeronimus diligenter considerauerunt loca, in quibus quatuor ewangeliste idem dicunt &c. Vides Ammonium perperam praeponi Tatiano, filerique Eusebium Caesar. unde aegre adducor, ut hujus Praemoniti clausulae credam: *Explicit canon tabularum super quatuor ewangelia editarum a fratre Nycolao de lyra &c. doctior enim erat Lyranus, neque ejusmodi Canonem in ejus Operibus reperi. Lectura ipsa incipit: Quoniam quidem multi &c. Hic incipit scribere sanctus lucas et primo premittit ewangelio prefationem, 2° subiungit eius narrationem &c. Vide etiam Cod. Univ. 78.**

CLXXXII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 78 Folior. 318. 4. currente calamo perscriptus est *Pars I. Expositionis Evangelii Matthaei in Viennensibus Scholis lectae, a C. videlicet I. usque ad IX. Praemittitur larga Dissertatio in laudem Scripturae sacrae hoc initio: Secundum uenerabilem consuetudinem in istis scholis theologicis hactenus obseruatam &c. Tum altera, quae sic orditur: Lecturus ewangelium beati mathei ante aggreffum textus ewangelici aliqua preambula premittam communia omnibus ewangelijs &c.*

II. fol. 299. ἀνεπίγραφως habetur Harmonia IV. Evangelistarum, five Tabulae locorum concordantium cum Praefamine, quod incipit: *Quidam doctores antiqui circa ewangelium studiosi quorum primus fuit Ammonius alexandrinus, secundus casianus iustini (Carpianus vel Tatianus Justini) philosophi et martiris discipulus, tertius uero beatus Jeronimus diligenter considerauerunt loca, in quibus quatuor ewangeliste idem dicunt &c. Et subscriptum est: Explicit canon tabularum — editarum a fratre Nicolao de lyra &c. Per Jobannem lukner. Idem Lyranus etiam ad calcem Tabularum nominatur. Ego vero illum neque Tabulas ejusmodi edidisse memini, neque eruditionem aut stilum ejus in praedicto Praefamine reperi; non enim ille Eusebium Caesariens. genuinum horum Canonum conditorem tacuisset, eique sub-*

posuisset *Casianum*, forte *Tatianum*, seu *Carpianum* potius, ad quem *Canones* suos *Eusebius* misit, ut notum. Redeunt hae *Tabulae Cod. 125*. Univ. ut supra.

CLXXXIII.

- U. 77 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 503. 4. currente calamo scriptus est *Expositio scholastica Evangelii Lucae* non ultra C. IV. v. 1. progrediens, praemissa proluxa *Ἐισαγωγή*, cujus initium: *Doctrinam sapientie et discipline scripsit in codice isto. Eccl. 50. Uniuersa diuine sapientie et discipline hystoriarum nemora que vetus obumbrant testamentum &c. Expositio ipsa fol. 24. incipit: Quoniam quidem multi &c. Antequam ad expositionem et diuisionem huius prologi descendam, primo aduertendum, quod secundum b. augustinum &c. Et tandem finit: de effectu contricionis plura moveri possent, de quibus forte inferius apparebit. hec de presenti lectione. Reapse multae Quaestiones theologicae per decursum tractantur; secus enim tam paucorum *Capitum Expositio* in hanc molem non excreuisset. Tergum Codicis manu Sec. XVII. eam *Michaeli Suchenschatz* adscribit, de quo dixi ad *Expositionem Matthaei Cod. CLXIX.**

CLXXXIV.

- U. 80 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 409. 4. scriptus, ut praecedens, est illius *Continuatio*, videlicet a C. VI. v. ult. in cuius ex-

plicatione abruptitur. *Tractatio* eadem est. Tergum rursus *Michaeli Suchenschatz* praefert; inuolucrum autem praebent *Membranae* quaedam e ritualibus *Hebraeorum* libris decifae, quarum anterior caractere luculento cum punctis vocalibus.

CLXXXV.

- Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 148 Folior. 295. f. non una manu, sed bene perscriptus duabus columnis, et minio distinctus, *Collegio Ducali* obvenit testamento *M. Jodoci Hausner de Nouoforo* Juris pontif. et Artium liberal. ut praenotatur, Professoris et ad D. *Stephanum Canonici*, qui Vir inter annos 1446—64. ter supremus *Academiae Moderator*, teste in eadem *Ecclesia Epitaphio*, 29. Dec. 1477. obiit. Complectitur vero: I. *Lecturam* in aliquot *Capita Evangelii D. Lucae*, quae, ut fert *Rubrica*, incipitur *capitulo 4. et terminatur capitulo 11. Sed vel ipsum C. IV. mancum est; infit enim: potest facere sine alterius nocumento dyabolus, ergo de persona dubitat, imo conditionaliter dicit, si filius Dei es &c. Neque etiam C. XI. emetitur *Expositio*, sed sistit in v. 28.*

II. fol. 85. Incipit *expositio Haymonis super Apokalipsym*. Ita: *Legimus in Ecclesiastica hystoria Beatum Johannem a domiciano impiissimo cesare &c. Et finit: et in gratia terminum poneret. Ut saepius a me relata, et typis vulgata, v. g. Parisiis 1531. 8.*